Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ne requirentes atque mensurantes. nec unum modium minus
invenerunt. Laudes vero et gloriam deo dederunt. penitentes quod
multo plus tritici quam sanctus petisset non tribuissent.

INTEREA VENERUNT ex longinquo
naute ad salutandum. benedictionemque percipien
dum sancti viri nycolai. quique gratiose suscepti sunt
ab eo. Supplicantes vero et se commendantes. primum quidem sua
que detulerant munuscula ferre studuerunt. post vero
obtulerunt oleum in sigillata ampulla vitrea. quod ei
speciosa quedam mulier dederat. obsecratam scilicet
illius mutuum obsecrasse et commendasse se dicunt sancto
viro ut oleo illo ecclesie parietes perungeret. et illumi
natam ecclesiam ex eo haberet. Quod subito voluntate
boni dei agnoscens sanctus vir. ampullamque manu tenens
dixit. Cavete fratres cavete ne ista malefica pro pe
navium extinguant. hec quoque nunc. et in mare eam proicite
longius pertinentes. et mox videbitis diabolico
atque teterrimo igne aquam ardere. Quod per certo con
tingeret. si ecclesiam perungeret. Verum scitote
dianę hoc maleficium esse. Cum autem ad illam